



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Ad Evmdem, De lacrymis Deorum edisserentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

APOLLONII FLORENTIS. 25

AD EVMDEM,

De lacrymis Deorum edifferentem.

Flerent dolentes fata si quando aspera,
Guttis per ora lucidis manantibus
Serena Diuūm lacrymasse lumina
Prisci Poëta tradidere temporis.
Verūm nefanda ex quo perosi crimina,
Imbuta queis iniqua ferri secula,
Contaminato subtrahunt se aspectui,
Videre nulli fas fuit mortalium
Mirabiles quæ cælitum sint lacrymæ:
Nunc tu, Aleander, perspicaci acumine
Obducta visum tendis ultra nubila,
Cælumq; lustras penitūs: en, quòd videris
Non vsitato more flere numina,
Non vsitatā edisseris facundiā.
Euge ô beate. Tu tenebras discutis,
Numenq; portas, quo nitentes lumine
Verè Deorum lucida sunt lacrymæ.

A D

B 5

I N